



CONSTIT. XV.

UT SALUTAREM BAPTISMUM IN QUOCUNQUE SACRO ORATORIO PERAGI LICEAT.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarche universali.

Etiam hic veneranda sexta synodus facer canon 4, qui non in privatarum aedium oratoris seorsum, sed in solis in communem usum consecratis templis, divinam regenerationis lotionem perfici vult, quum similia cum illis jubeat, qui sacrosancta sacrificia & mysteria in privatis domibus celebrari vetant: ideoque a nobis jam pridem consideratis expensis sunt: tanquam illorum germanus similiter correctionem consequetur. Statuimus igitur, quemadmodum de sacrificiis, sic quoque de salutaris baptismi, ut & ipsum in quocunque sacro oratorio quibuslibet peragere licitum sit. Nam hac tam stricte sacrum synodi decretum constituisse mihi quidem videtur, propter eos qui quancumque sacerdotum nomen gerant, profani tamen sunt, & quos ad lavacrum adducunt, pollutos residunt: qui (ut appareat) domos ejusdem opinionis hominum subeuntes, non rem divinam faciunt, sed cum iis qui conveniunt inauspicati aliquid moluntur. Hanc vero provisionem tametsi & divinam esse & multa salutaria continere constat: non tamen illa ad impietatis plenas a suis vitis coercendos sufficit. Nam & res audax est malitia, omnique modo, clausis etiam oratoris, ad explendum propositum suum, suam inveniam. Verumtamen quum nunc divina gratia omnes perverse opinionis sint profligatae, etiam quantum ad hoc attinet, quamobrem republice hoc decretum ad prohibendam in privatarum aedium oratoris regenerationis lotionem obtrudatur, nullam equidem esse necessariam causam video.

CONSTIT. XVI.

UT QUI VICINTI 6 ANNOS HABET, HYPODIACONUS CREARI POSSIT.

Idem.

Vetus verbum, quod de rebus suis dicenti aures esse aperendas monet, cum in aliis omnibus per belle sese habeat, tum hic longe esse pulchrius appareat. At quorsum hoc? Civilis lex statuit, ne minor viginquaque annis in divinis officis creetur hypodiaoconus. Decretum sacrum contra statuit, ut qui ad istiusmodi ministerium accedit, hunc viginti annos ad ordinationem perducatur. Dignum itaque sacrum legem de rebus suis precipientem audire Imperatoria nostra majestas rata, & in eandem cum illa sententiam descendit, & statuit, ut qui ad vigesimum annum pervenit, modo antea vite ratio obstaculo non sit, quantum ad aetatem, hypodiaconi officium suscipere non impediat.

CONSTIT. XVII.

DE PUERPERIS, QUANDO VINORUM MYSTERIORUM PARTICIPES FIANT: ET QUANDO INFANTES BAPTIZENTUR, POST QUADRAGINTA VIDELICET DIES, EXTRA QUAM SI NECESSITAS URGAT.

Idem.

Id quod beatitudo tua postulat, a vobis procedere, quam a nobis originem fumere ac proficisci, aequus fuerat. De re enim sacra sanctitatem tuam sancire oportebat. Verum quoniam super uno duntaxat capite concilium consultare (quia de multis decernere concilii sit) inconveniens esse, nos vero & citra concilium decretum facere posse dicitur, ad ordinationem suscipiunt, quibus de rebus postulationem instituitis, de his constitutionem emittimus. Quum itaque Dominus & servator noster, quo splendore glorie ipsius illuminarentur qui in tenebris ambulat, iuxta atque nos carnis atque sanguinis nostri participes factus fuerit: valde, mea quidem sententia, a salutaris ipsius providentia diverse sentiunt, quotquot eam quae ex recenti puerperio decumbit, & morte praeparat foribus consistente, nec diem quem ipsi expectandum autumant (quadragesimum nempe post partum) expectante, citiusque obtorto velut collo protrahente, corripitur: illuminatione indignam esse opinantur, & ut ob corporis immunditiam revera illa e vita immunda excedat (quippe quae in sacris non instituitur, nec sacri lavacri lustrationis, regenerationisque participes fiat) efficiunt. Neque vero illi periculi damnum magnitudinem, quam inconsiderata ipsorum & perniciosa religio adfert, praeculis habent. Verum ea illa est absurditas, ut oratione non indigeat. Talem enim mulierem incredulam reformationeque desititum decedere & istiusmodi ob causam pro eo quod inter servandos collocanda esset, in perditionem damnatorumque locum rejici: quomodo fas, Deo, qui per fidem in ipsum & in aqua Spiritus regenerationem, salutem donat, non grave atque acerbum est? Vanam igitur istiusmodi prudentiam delinere in futurum e medio tollentes de mulieribus, quae recens pepererunt, quaeque naturali expurgatione occupatae sunt, aversimus, ut si quidem alia quocunque affectione morbida ipsarum vita non tenetur, usque ad praesentium quadraginta dierum tempus expertes maneat, nondum initiata illuminatione: ad sacra recepta & initiata, sacrosanctorum mysteriorum perceptione, at si quis ipsis morbus, qui vitae internectionem minuitur, superveniat & incumbat: sacrum rem omnibus modis participes fiant. Etenim si illis quae propter enormia flagitia multis annis vivifica communione accercent, mors ad

1 Superius dixit per 78... 2 Et ita abrogatur Canon 59 Synodi 6... 3 In Trullo 5, 17... 4 Canon 59... 5 Nov. 78, 1, sed cap. 15, in Trullo... 6 Nov. 78, 1, sed cap. 15, in Trullo... 7 Ne dicitur aliquo cum potest... 8 Et ita abrogatur... 9 Cuius turpe est... 10 Puerpera pro foribus mortis... 11 Puerperae... 12 Puerperae... 13 Puerperae... 14 Assuetudo... 15 Id est, baptismo... 16 Excommunicatus... 17 Mors lege... 18 Mors lege... 19 Mors lege... 20 Mors lege... 21 Mors lege... 22 Mors lege... 23 Mors lege... 24 Mors lege... 25 Mors lege... 26 Mors lege... 27 Mors lege... 28 Mors lege... 29 Mors lege... 30 Mors lege...

obruens praescriptum tempus incidit, neque quisquam hos sacrorum participatione prohibere sinit, qua ratione haec propter naturales carnis fordes prohibebuntur? Quod profecto non tam propter mulierum hanc immunditiam, quam ob alias causas in intima legis ratione recordatis, & veteri 17 prohibendum esse legem, & gratia tempus traditionis loco suscipere puto. Existimo frivolum sacrum legem id praescriptum, quo proterram eorum qui intemperantem frivolum concupiscentiam castigare: quemadmodum & alia multa per alia precepta ordinantur & praescribuntur, quo indomitos quorundam in mulieres stimulus retundatur. Quin & hac providentia quae legem constituit voluntas est, ut partus a depravatione liberi sint. Quia enim quicquid natura supervacuum est, idem corruptivum & inutile est, quod hic sanguis superfluous sit, quae illi obnoxia essent, in immunditie ad id temporis vivere illas lex jubet: quo ipso etiam nominis sono lasciva concupiscentia ad temperantem redigatur, ne ex inutili & corrupta materia ipsum animas coagmententur. Et sane de infantibus eundem ad modum constituitur, ut si non iniquitatem, inimicosque naturae casus superent, antequam gratia splendore illustrentur, quadragesimum 18 dies expectetur. Constante namque est, ut quemadmodum fetus quadragesimo 19 diebus in matris utero receptaculo plene informatur, a suo vitium in naturali matris numero in divina gloria aeternae omnium Patris domum procedant. Si tamen & octavo 20 a partu die, baptizari aliquis volet, neque id absurdum foret. Dominus enim noster Christus octavo die circumcissus, imposito circumcissionis fine, pro hac vivifico baptizati initiari concessit. Verum haec obtinenda, si nulla necessitas, quae mortem minuet, existat. At si periculum aliquod emergens vim vite inferat, omni diligentia omnibusque viribus etiam intra octavam diem sacrum lotionem peragi oportebit, ne illi illuminata, neque sacri lavacri, atque adeo summi boni experts partus decedat.

CONSTIT. XVIII.

UT IN SPONSALIBUS CONSTITUTA PENA EXIGATUR.

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro. Non omnibus rebus & dicitis quod praesentibus sit legi, reprehendendum non est. Atque tunc quidem, ut aliquid legi, ut declinandum censens, non eorum qui aliquid aut faciunt aut dicunt, habenda ratio: sed eorum quae sunt ac dicuntur, cognoscendus status est. Idcirco quod consuetudini placuit ut in sponsalibus reprobationis poenae imminerent iis, qui reprobare instituerent, id in legis auctoritate collocamus. Arbitror enim, id quod consuetudini visum est, ea lege quae de hujusmodi rebus lata est, nihil improbabilius esse, ac res ipsas referre in melius. Nam quum lex arhae perditione, aut in duplum 23 restitutione solum temeritatem puniat, haec definitum pactoque constitutum in sponsalibus refectione subiri damnus vult. Ac sane 24, ne (ut fieri solet) sponsalia sursum deorsum ferantur, hoc mihi (quemadmodum dixi) majorem obtinere vim videtur. Solius enim arhae perditio, quae in eum qui dedit, ac deinde sponsalibus non acquiescit, constituta est: cuiusque in duplum restitutio, quam multam is qui arham cepit, deindeque in pacto convento, non persifit, sustinet: ut propter poenam levitatem ad pactum refectionem, qui id facere cogitant, facilius ferantur, facit. At ex pacto definit poenae gravior damnus sibi obvenire videns inconstans ille, tardior omnino ad divellenda sponsalia fiet. Quod sane nos etiam nuptialibus contractibus magis condicibile fore animadvertimus, quod ex consuetudine fieri solet, in legitimum constitutionem traducimus. Ex arhae liquidum 25 perditione faciles sponsalium evertesiones video: ex poenae persequutione non item. Nam gravior dispendium (pacto enim constituta poena arha major proflus atque gravior est) vel invitum inhibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quae antea de sponsalibus placuerunt, compellit. Sic igitur quod a consuetudine confirmatum est, quemadmodum hactenus, ita deinceps & obtineto, & causas dijudicatio: tum etiam qui sponsalia evertit, poenae executione feritor.

CONSTIT. XIX.

DE PACTO 26 PATERNO, EX Aequo HEREDEM FUTURUM FILIUM.

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro. Non contemendi alios studio (ut & antea a nobis dictum est) neque ut gloriam nobis pareamus, ad legum correctionem processimus: sed ut, quod conducibile non est, quoad ejus fieri potest, a subditorum consorcio removeamus: id scientes, ad moderandam rempublicam legum rectam constitutionem omnium esse praesentissimam. Nam qui leges 27 republicae oculos esse dixerit, is profecto mea sententia illis ita vocans, nihil indecens pronuntiaverit. Quemadmodum enim res maxime necessaria est animal non tibus oculis, ita & republicae legum aequus & rectus status. Hujus ergo nos curam gerentes, postquam in seculo 28 Codice legem esse cognovimus, (quae propter evidentem absurditatem in hominum animis neququam locum invenit, ut susciperetur: nedum vim aliquam & efficaciam haberet. Contraria enim statuit naturalis, quae a parentibus liberis debetur, aequabilitatem, adversus filium patri ad iniquitatem fenestram aperit: quin & parentem ut illi morem gerat obstrictum mendacio, doloque obnoxium facit) postquam, inquam, istiusmodi quandam esse legem animadvertimus, tametsi etiam antea nostram sanctionem ipsam ne susciperetur, excluderet communis hominum vo-

1 Septimanis immunda... 2 Dies in purificatione... 3 Leo monuit... 4 Quod admodum... 5 Quod admodum... 6 Quod admodum... 7 Quod admodum... 8 Quod admodum... 9 Quod admodum... 10 Quod admodum... 11 Quod admodum... 12 Quod admodum... 13 Quod admodum... 14 Quod admodum... 15 Quod admodum... 16 Quod admodum... 17 Quod admodum... 18 Quod admodum... 19 Quod admodum... 20 Quod admodum... 21 Quod admodum... 22 Quod admodum... 23 Quod admodum... 24 Quod admodum... 25 Quod admodum... 26 Quod admodum... 27 Quod admodum... 28 Quod admodum... 29 Quod admodum... 30 Quod admodum...

tritis nostri constitutio, quae ad veteres leges nuptialium pactum rationem reducit, absurdum constitutionem nullam esse faciendam persuaserit, atque in quae illi exilium decreverat, in publico haec etiam nuptialium usu sint. Quid nos igitur? Postquam senel prevalere visum est, ne in matrimonii coitione ex aequo collationes fiant, sed major donatione propter nuptias dos sit, hoc in republica obtineto, & si mors matrimonium dirimat, tum si 13 maritus sine liberis decedat, pactumque non subsistat, uxorem dotem donationemque propter nuptias, nihil autem amplius auctore: si vero mulierem mors abripiat, dotem heredes ejus captivo: maritus autem suus rebus ne privator, neque quae ipsius sunt rebus lucrum sentire: ipsum vero, supra amissionem conjugis, bonis etiam suis, sine donatione propter nuptias privati?

CONSTIT. XXI.

UT 14 DOTIS PROMISSIO EX PATERNIS AUT MATERNIS BONIS FACTA PRAESTETUR.

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro.

Quemadmodum in libra videmus, eam tum recte ad rerum earum quae ponderantur, dijudicationem de sumi, quando lances aequales 15 sunt, neque vel tantillum in alteram partem proclinant: ita quoque lex, quum ne tantillum quidem jus intorquet ac depravat, digna est quae ad rerum dijudicationem procedat. Illius enim partes sunt, ut aequiliter de hujus autem, ut jus stabile conservet. At quorsum haec? In Codicibus descripta 16 constitutio est: quae dum a parentibus qui in matrimonium liberos collocant, promissa dotis donationisve propter nuptias nomine facta exigit, haud scio quomodo jus committat. Vult 17 namque, ut pater, qui pro liberis dotem donationemve propter nuptias promiserit, si promissionem indistincte fecerit, illam totam de suo expleat, suisque solis ex bonis perfolvat: si distinxerit, huncque ad modum locutus sit, Ex meis siveque bonis promissa exhibebo: tum si inops sit, nihil ille in promissum contribuat, sed filii facultates, quae de una cum filio daturum pollicitus est parens, sola expleat: sed si dives sit, consuetum statuat, ut ipse solus de suo pollicitus sit, expleat, filiusque nihil cum illo committat: tametsi non se solum, sed cum filio promissum expleturum pollicitus sit: quod filium, qui ipse non promiserit, dare quippiam indigentem putetur. Hoc itaque aequitatis subventionem esse rati sumus. Nam quantumcumque inopia teneatur parens, si filius solus de suo promissa solvat, nulla iustitia legis apparet: neque rursus quum satis affluens rerum patri copia est, filium contributionis omnino esse expertem, universumque promissum a parente exhiberi convenit. Quamobrem etiam istum modum 18 ut 19 sciantur parentis verba promissorum solutio procedat, ab ipsoque solo quando de solum daturum pollicitus est, promissum exigatur: quando vero cum filio de daturum promissum, filius etiam solutio- nis obnoxius sit, eaque ex aequalibus partibus, quando ille definit non sum, fiat, ac tum ex aequalibus etiam, quum utriusque certae partes diversae assignate sunt. In hoc nulla aequitatis evictio est, in superque id ad liberorum utilitatem spectat, quam in Codicibus edita constitutio non magnope curat. Quid iam? Quoniam sapienter quondam parens quum ad dispendium respicit, ideoque illud tempus quod filio efficaciter promittendi potestatem facit, in eundem nuptias contractui expectat, quod conducibile filio sit, perdit. Ut igitur ea res ambobus commoda felixque sit, neque aequitas iniquo involvatur, nec vero denique liberorum utilitati noceatur, Codicis decretum vacato: hoc vero jam etiam consuetudini cognitum in republica obtineto. Quum etenim pro decreto legis in republica habeatur, jam praestatum est, quae in Codicibus est, constitutio.

CONSTIT. XXII.

UT MULIER QUAE MATRIMONIUM NON ITERAT, UNUS LIBERORUM PORTIONEM PROPRIETATIS JURE CAPIAT: SIMILITER ET PATER.

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro.

Sicut in perisque aliis, quando absurdi nihil incidere, neque rebus noxium quicquam inferretur, consuetudini 21 vestigia: quibus legis prerogativa illi dedimus: quum iam plerumque assuetudo illi esset, nec ab illa se avelli sineret: ita etiam in parte donationis propter nuptias, quam mulier liberis habens, nec animo alteris nuptis applicio sponsalem torum committens accipit, faciendum putavimus. Quum enim antiquior 22 lex id donum ita circumferat, ut donatione propter nuptias mulieri in usufructum data, illa praeter usufructum ex eadem propter nuptias donatione, unius liberorum portionem proprietatis jure capiat: ac deinde posterior 23 lex rursus nuptias duntaxat lucrum mulieri afferre: sed in alia etiam mariti bona procedere illam velit. His ita per leges constitutis, consuetudo neutram legem directe, sed partim hanc, partim illam sequens neque ex sola donatione propter nuptias, neque ex aliis extra donationem consistentibus mariti facultatibus, unius liberorum portionem mulieri dari dignum putat: verum immutata illa portione, omnium 24

1 Dixi ad l. 15, C. de pactis... 2 L. 7, §. 7, ff. de pactis... 3 L. 7, §. 7, ff. de pactis... 4 Et enim grave fides fallere... 5 Pater quidem jure censetur... 6 Adde Novell. Justin. 97... 7 Justinianus Graeci hic appellant: ut & Harmenop. 4... 8 Adde Novell. Justin. 97... 9 Adde Novell. Justin. 97... 10 Adde Novell. Justin. 97... 11 Inaequalitas potest esse... 12 Inaequalitas potest esse... 13 Mulier morte mariti... 14 Res ita constituta est... 15 Res ita constituta est... 16 Res ita constituta est... 17 Res ita constituta est... 18 Res ita constituta est... 19 Res ita constituta est... 20 Res ita constituta est... 21 Consuetudini quanto... 22 Consuetudini quanto... 23 Consuetudini quanto... 24 Consuetudini quanto...